1402

ni, Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo:.

Jaworski Jaworskie Quietat:.

Comparentes personaliter coram Officio actisq. praesentibus Castren. Capitan. Premysliens. Nobilis Stephanus Jaworski Schi-
208 nawceriis, ab una, et Theodorus Jaworski Bodycz. parte ab altera sani mentibus et corporibus exentes à Terris districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus propriis suis quibusuis, et competentibus recedendo, praesentiq. Castren. Capitan. Premysliens. Iurisdoni, quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subiciendo, palam publice libere ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Nobilis Stephanus Jaworski suo et Nobilis Iwan Filij sui pro cuius rati habitione cauet, et se praesentibus inscribit nomine sese mutuo et inuicem de protestationibus quibusuis, et quidem prima sub actu Feria Secunda in Crastino Festi Sancti Michaelis Archangeli, altera vero Sabbatho ante Festum Sancti Hedvigis electae proximo anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono, contra se abinuicem coram actis officij praesentis initae certarum praetensionum et iniuriarum factis, tum de obductionibus

Vulnerum

Vulnerum iniurijs damnis, et praetensionibus sibi ab utrinq illatis, quietant, emittunt et liberos faciunt, protestationes et Vulnerum obductiones in toto cassant, mortificant et annihilant, sibi et suis posteris vnâ omnib[us] perpetuum imponendo silentium.

Jaworski Contr[ac]ti Reformat[io] 209

Comparens personaliter coram Officio actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premysliensibus Nobilis Theodorus Jaworski Bobydzki, olim Nobilis Pauli Jaworski Bobydzki filius, cum Nobili Nastasia Strzelbicka, Consorte sua prima procreatus sanus mente et corpore existens, a Terrestribus districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitan[eali] Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus suis ac bonis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando, atq[ue] subijciendo palam liberè publicè ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Nastasiae Jaworska, olim Nobilis Theodori Jaworski Genowatlowice cum olim Nobili Catherina Litynska procreati Filij sui vero Recognitioni consorti primae, eiusq[ue] posteris summam Ducentorum florenorum Polonicalium ratione vero dotis et Expeditionis post illam acceptae, et in domum suam importatae, item et aliam similem summam ducentorum ~~floren~~ florenorum Polon[icalium] vnâ vero Iusti et Ligaudi dotalij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium summarumq[ue] quarumuis pecuniariarum, nec non auri argenti, clenodiorum, vestium vestimentorum